

P. lat. rec.

1308

7150

7150

THRENI

quos

AD TUMULUM

Viri Amplissimi & Consultissimi,

DN. GEORGII DAVI-
DIS LOCAMERI, Jcti. ET IN IN-
CLYTA ARGENTORATENSIVM

Universitate Antecessoris celeberrimi
meritissimique:

*QUI DOLORIBVS HYDROPICIS PATIENTISSI-
me superatis in Christo Servatore nostro pie obdormivit, & ad
aternam Beatorum societatem evectus est, 26. die
Aprilis, summo mane, Anno Christi
1637. etatis 49.*

EXPRIMEBAT


JUSTUS COLLEGARUM,

Convictorum & Studiosorum
maior.

ARGENTORATI,

Typis Heredum WILHELMI CHRISTIANI GLA-
SERI, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M. DC. XXXVII.



Uris ocellorum par nobile, **BITSCH** IUS, heu!
 Et **LOCAMERUS** quam cito dispalluit?
LOCAMERUS homo antiquus virtute fideq;
 Non se sequi verborum institor pedaliū.
 Pingere Justitiam cæcato lumine nunc fas,
 Utrumque ocellum quando perdidit Dice.

Supremus in beatam animam honor
 Joh. Conradi Dannhavveri, SS. Theol. D.
 Prof. & Eccles.

UT cum decoris arbor hortis prænitet,
 Virore, fructu, robore, umbra nobilis,
 Si dirus ipsam tabe flatus percudit
 Uredinemve induxit; anxius timor
 Heri subinde signa vitæ quæritat
 Redeuntis, artis ac laborum strenuus,
 Donec nec artem nec labores vis mali
 Morata succos stirpis omnes exedit;
 Cadit voluptas, spes, decus, solatium
 Horti domusque, luctus implet omnia:
 Sic, **LOCAMERE**, sidus Urbis inclytum,
 Scholæ columna; juris ac æqui pater,
 Cum lenta pridem corpus omnino noxia
 Tuum obsideret, tum medentium labor;
 Et vota civitatis; & Scholæ metus
 Impensius capere niti, si grave
 Quod imminebat vulnus ulla fors ope
 Differre possent, nec dolor crudesceret

AD
 BIBL. UNIV.
 MONAC.

Non-

Nondum levatus **BITSCH**iani funeris.
 Sed major hæc conata vis, heu! discutit.
 Jacent tot expetita curis gaudia
 Themis dolore, Urbs lacrymis obmutuit.
 Beatus o beatus ille jam quidem,
 Qui sæculo malisque liber, proximus
 Deo, deinceps tangitur nullo metu,
 Nulla movetur spe bonis majoribus
 Compos, sinuque æternitatis abditus:
 At nostra damna, nostra sunt hæc vulnera,
 Nos vindicem juris, sagacis consili
 Nos arbitrum, & quo continentur cetera,
 Desideramus nos **VIRUM PIUM ET BONUM.**

*Patrono merito sismo supremi honoris
 causa fecit*

Johannes Henricus Bœclerus.

ERgo fera tantum morti licet, ergo per orbem
 Quæ libet & quorsum, lege soluta furit?
 Heu Themidis prælustre decus legumq; sacerdos
 Ante diem, fati lege coactus, obit.
 Exemplum pietatis obit **LOCAMERUS** & artis,
 In quo nil vani prorsus amoris erat.
 Nil erat invidia, fuci nihil; omnia candor
 Mentis, & ingenue gratia frontis erant.
 Adde quod assiduus labor hunc attriverit, adde
 Quod vigil exortos ante lucerna dies.
 Non Venus aut Bacchus nec habendi insana cupido,
 Quæ multis propera sunt via certa necis.
 Fletus honorati casumq; necem, Patroni,
 Immo Viri fletus fata citata boni.
 Flet soboles raptum patrem, flet fida Maritum
 Uxor, & optatum flet domus orba ducem.

B 2

Ecquis

Ecquis enim in tanto non fundat funere fletus?

Claram cum videat lampada quisque raptam?

Quisque mori sacrum notet ac succumbere fulcrum,

Cujus supposito vixit honore Themis,

Floruit Eunomie, stetit haec Academia, quantum

Nunc per porrectum vix solet ulla solum.

Ecquis item madidis flentes non spectet ocellis?

Inq, velit fletum flentis ad ora trahi?

Nec scio cui tristis nequeat mors ista videri,

Quam tibi, qui finis omnia morte mala.

Hinc tibi lata meret, sed nobis mæsta vocari,

Quæis equo citius tam bonus auctor obit.

Debiti luctus & honoris testimonium hoc ser.

S. Glonerus.

Was will dann endlich Gott auß diser Schule machen/
Was wird es endlich dann für ein Gebäw noch seyn?
Man hörr es forr und fore an allen Eten trachen/
Jetzt fällt ein Balk hinweg / dann bald ein grosser Stein/
Den Wänden manglet Speiß / dem Fenster helle Scheiben/
Der Dachstuhl sanket sich und hat fast keine haab/
Der Säbel will auch nicht mehr aufrecht stehen bleiben/
Die Nigel lassen nach / die Zapffen faullen ab/
Der Nordwind diser Zeit reißt jekund einen Laden/
Jetzt eine Thür hinweg / das Dach wird Ziegel - blos/
Der tödlich Regenwind / der Sud / thut grossen schaden/
Gibt disem schwachen Hauß so manchen harten stos/
Daß / wo Gott sonderlich mit seinen starken Händen.
Es nicht noch jimmer hielt / so fiel es gänzlich einn;
Die Pfeiller / welche fast das meyste tragen kântten/
Und disem fälligen Gebäw hoch - nöthig seyn/
Die werden nach und nach gewaltig um - gerissen/
Bevorab an dem ort / wo sonst das Rechte wohnt:
Wer wühlet solches nicht? ich meyne ja / wir wissen/
Wie wenig eben da das Unglück unser schont.

Vor noch nicht langer Zeit da hab ich selbst gesehen
Dier starcker Säullen zier / auff welchen disse last/
Des Reichens Zimmer / hat so fäste können stehen/
Als hätt es Atlas selbst mit Armen an - gefasse
Und kräftig understükt. jekt ligt es hart darnider/
Und sincket schier zugrund. ich glaube gänzlich nicht/
Wann man in einem Sturm mit einem grossen Wider
Zu hundert - starck an - laufft / und das Gemäwe bricht/
Daß solcher schad gescheh / als hier ist widerfaren
An disem inn - gebäw : die Säulen alle vier /
Die Säulen alle vier seyn inner wenig Jaren
Verruter und gefällt. die vierte ligt noch hier/
Ach freylich ja / sie ligt ! sie seyn einmal gestanden
Der Flach / der Gluten / und der Birsch der reure Mann/
Und jekt der Lothamer / den nun mit seinen banden
Der Tod von hinnaen schleyfft / der alles brechen kan.
Der kluge Lothamer hat reuwich helfen halten
So langer hat gekönn / an seiner hohen ställ;
Er ließe seinen muh in keinem fall erkalten/
Wie schwehr ihm auch gewesse des Leibes un - gefäll /
Doch als die Birschisch hülff ihm allerding endgangen/
Wolt' ihm die Pürd zuschwehr und unerträglich seyn/
Hat also häfftiger zu trachen angefangen /
Zu lehren fiell' auch er / der vierte Pfeiller / einn.

Gott / welcher einig kan mit Allmacht das ergängen/
Was hier also zerbricht / der richt ihn wider auff
Zu seinem Himmel - baro / und lass ihn helle gläncken/
Wo sich in Seeligkeit findt der Gesehrte hauff!

Jesaias Rumpfer.

In jugulum multis ferrum Mars torquet Athenis:
Difsecat & rumpit corpora tota Scholæ.
Sunt ubi, quæ fovit tellus Germana, Lycæ?
Sunt spoliæ Martis prædaque facta malis.
Hactenus intactæ manserunt Palladis ædes.
Argentorum quas habet egregias.

At quis Mars parcit, Mors illos acrius arceat
 E vita, illius falx petit atra viros,
 Solvitur in lacrymas animus luctusque perennes,
 Respicit attentis si duo lustrâ oculis.
 Lurida delevit clarissima lumina Parca
 Mufarum, nullis quæ reparanda modis.
 Jacturam sentit, lugetque scientia cuncta,
 Nec medica quisquam vulnera sanat ope.
 Sed tu sacra Themis, quæ fons & origo salutis,
 Qua sine nec gentes, nec domus esse queunt,
 Heu nimium afflicta es! non est medicabile vulnus,
 Atri quod fratris falx tibi dira dedit.
 Concessere brevi Fatis tria lumina Juris,
 Nunc jussum quartum est luce carere sua,
 In quo spes recidit priscorum Juris & Æqui
 Patrum, Ars à quibus hæc fonte perenne fluit?
 Quis Legum arcanas nôrit penetrare recessus?
 Viscera quis textus Juris inire volet?
 LOCAMERUS erat præsto dux fidus & index,
 Hoc duce seductus tramite nemò fuit.
 Solvere promptus erat tenebrofi ænigmata Juris;
 Occultos nodos solvere doctus erat.
 Sancta fides, pietasque viri spectata refulsit:
 Ore locutus idem: pectore pressit idem.
 Omnibus ex æquo tribuit justumque bonumque:
 Æquum illum sensit dives inopsque simul.
 Qua posthac igitur nos mente carebimus illo?
 Non ego, ni tristi mente, carere queo,
 Non siccis oculis poterit spectare sepulchrum,
 Attem & virtutem, quisquis amatque decus.

Johannes Fritsch.

Quid Mors vœtigal longis proventibus auget?
 Ing. suum raptat optima quæq; penu?
 Nam præmaturo LOCAMERUM funere tollens
 Plus rapit, ac multas si rapuisset opes.

Parce

*Parce tot & tantis mors importuna Patronis,
 Nec tam vœtigal poscere dives ama.
 Aut nos exuges una quasi luce, tuusque
 In nos insultus non diuturnus erit.*

M. Johannes Georgius Ernestus, Argentorat.
 h. t. Pastor in Quaken & Sürtenheim.

IRAD E multum valet, est Germania sola
 Testis, agens animam præ gravitate mali.
 Tollitur è medio (pœnam perpende Tonantis)
 Doctorum rutilo concio digna polo.
 Antistes Themidis nobis per tristia lethi
 Jura cadit, vulnus pulpita clara dolent.
OD E u s exaudi te supplice voce rogantes,
 Irarum fluctus comprime, adesto tuis.

David Zacharia, Ster. Pom.

Conditio misera qua nos premat undiq; vitæ
 Haud opus est multis enumerare modis,
 Omnis in hunc miserum lacrymis homo nascitur orbem,
 Et lacrymis vitam ducit, obitq; diem.
 Hac quam sint etiam nostræ bona tempora vitæ,
 His dolor aggeritur plurimus atq; labor,
 Insuper in medio cursu mors tollere metam
 Præfixam gaudet, abbreviatq; diem.
 Testantur nostri proh! tristia fata Patronis,
 Quem nobis velox mors rapit ante diem.
 Jus & facundo qui leges ore docebat,
 Hanc cito sub leges mors vocat atra suas.
 Aerumnas verum nunc vicit itemq; labores
 Omnes, perpetua pace quiescit orans.
 Et pius è misera lachrymarum valle recepit,
 Quem lachrymis nimium non doluisse decet:
 Hujus enim lachrymas abstergat ab ore J E H O V A:
 E vita in vitam morte venire juvat.

Pro

*Pro lachrymis cepit caelestis gaudia vita,
Gaudia qua nullo sunt peritura die.
Parcamus lachrymis: cineri requiemq; precemur
Ad mundi extremum suaviter usq; diem.*

Georgius Michael Jörg / Landaviensis.

DOcta cohors legum deplora nominis ampli
CONSULTUM JURIS, justitizque decus:
LOCAMERUS erat cujus nunc ossa feruntur,
Justitiam coluit viribus ingenij.
A teneris studij lac degustavit amicum,
Virtutique animum junxit amore pium,
Dum corpus jamjam firmatum viribus æquis,
Ingenium Magnis excoluisse petit,
Consilio novit justas componere leges,
Et sceleri pœnas, addere, dona bonis;
Eloquio quicquid tentaret digna locutus,
Infixit menti dulcia verba suæ,
Relligione pia & divini numinis aurâ
Imbutus, verè tendere ad æqua valet,
Artibus excultis virtutis floruit ardor
Fundamenta altis dum satis ampla locat,
Cognovit penitus quo falsa sophismata ab astu
Intereant: seclis dira venena malis.
Fecerat ut justî vestigia cuncta patefiant,
Ne quis per cœcam posset abire viam.
Ecce tibi longum peperisti nomen in ævum,
Illustres adeunt dum tua scripta scholas.
Terra tegit corpus, sed mens pia ad astra voluta est,
Accipiens justî munera justa DEI.

Fridericus Deckher, Bipont. Palat.

Fama. Pitho.

F. Desine Parcarum Pitho crudelia facta
Ac tantum exosa filare ferre coli.
P. LOCAMER occubuit! F. Iusti solaria luctus
Excipe; quæ possint corda levare, loquar.

P. LOCA-

P. LOCAMER occubuit! F. In irrevocabile mortem.

P. Non temere in Sanctos huic sua sura valent?

E. Non temere. P. Temere? Coluit pia symbola Christi
LOCAMER. F. In requie præmia digna feret.

P. Ingenium tantum terris superesse juvabat.

F. Et superest vivens, nescit & hocce mori.

P. Nescit. At ut potuit prævertere spicula mortis?

F. Prævertit: neq; enim corpore abire, mori est.

P. Ast ubi monstrabis. F. Præsens loquitur modo tecum.

P. Tu loqueris. F. Verum, quod loquor hinc superest.

P. Famam significas. F. Fama est quæ vivere vita est.

P. Largior, hæc natus quid viduaque simul?

F. Non equidem parvum, patrem ac habuisse maritum,

Cujus ab ingenio vita perennis erit.

Jacobus Fridericus Rühorn / Spirensis.

ARgentina tuum fletu testare dolorem,
Ac schola humum lachrymis confere mœsta tuis.
Plangite Pierides, vester lachrymetur Apollo,
Sancta Themis vocem mittat ad astra suam.
Occubuit LOCAMERUS: amor fuit orbis & urbis,
Justitiz Myltes delictumque scholæ.

Johannes Jacobus Steger / Landaviensis.

Mors simul & senium tollit lætamque juventam,
Doctus & indoctus, femina virque cadunt.
Quæ tamen invidia paller, sua tela laborat
Mittere in angustos arte locoque viros:
Res loquitur, lugentque status adstantium ocelli,
Devictus LOCAMER, non sua IVRA colis,
Quæ tamen in vivis verbis factique solebat
Institia ductu, religionis ope.
Larga seges fuerat sudoris, lerna laboris
Larga fluet cœli mœsis, & alta quies.

Georg. Adam. Schmidl.

B

Splen.

Splendida cūn miserā succedant prēmia vitæ,
Cūm mancant homines cœlica dona pios:
LOCAMERÈ poli quantis cumulaberis hospes,
Qui gravitate pius, qui pietate gravis?
Fluctibus ut rapido trudentur in æquore fluctus,
Turba ita morborum te laceravit atrox.
Panditur ergo Tibi splēdens nunc regia cœli,
Regia non ullis quæ caritura bonis.

Bernhardus Löfflin.

Pollux & Castor dubiis faustissima nautis
Sidera bina micant;
Monstrat uterque viam Pollux Castorque, vaganti
Per freta surda rati,
Et cavet, immitem ne vel declinet ad Arcton,
Vel petat ima Noti;
Sed medium fervans, celeri quò tramite tendis,
Littora tuta petat.
Sic pariter Legim pelago versantibus amplo
Lumina bina jubar
Exemere suum, Pollux Castorque, docentes
Iuris uterque viam,
Solventesque plicas simul ac ænigmata, fida
Assiduâque manu.
BITSCHTUS unus erat Pollux, **LOCAMERUS** at alter
Castor: Uterque **FULX**.

Elias Kolbius.

Quotquot humo nati, tot humo debentur humandi,
Cuncta etenim ad leges Mors vocat atra suas.
Id nos heu tristi exemplo **LOCAMERVS**, opaco
Cuius canduntur cespite membra, docet.

Andreas Schrappius, Barro-Alfatus.

Es klage wer da wil / die prave Krieges-Helden
Die ihre Dapferkeit gleich an die Spitze stellen;
Es klage wer da wil / die gewaltige Krieges-Leuth /
Die Blut fürs Vaterlandt vergossen in dem Streit;
Es trawre wer da wil / die kleine zarte Kinder /
Dass ihn der bitter Todt / der starcke Ueberwinder /
Ihr Leben weggerafft / vnd ganz vnd gar erstickt /
Dass sie die Welt vnd Lust anss wenigst nicht erblickt:
Beweine wer da wil den Todt der jungen Knaben /
Die in zarter Jugendt die Welt gesegnet haben /
Die ins mannlich Alter ein wenig sich erstreckt /
Vnd ihre Kinder Schu kaum haben abgelegt.
Ich meyne ja / ich meyn / es seye sehr zu klagen /
Diejenige / die schon dem Todt im Rachen lagen /
Ja im Todes Rachen / der sie vnlangst verschluckt /
Keiner zu sagen weiß wie hefftig vns das druckt.
Die gute Hüter seynd des Rechrens / die Verhütter /
Die der Gerechtigkeit seynd ware irewe Väter /
Die das falsche hassen / verachten solche Leut /
Die auß der Warheit schrancken ihr Rede trähren weit.
Ergießet euch ihr Bäch / ihr Thränen-Bäch ergießet /
Ach vber diesen Todt des Rechrens Priesters stießet /
Vber diesen Todt der schönen Astræen Zierd /
Mit dessen sie begabt / vnd an sich hat geführt.
Kompt ihr Naiades, kompt her vnd bringet Thränen /
Kommt her Elegia, hör auff dich auffzulchnen /
Komm her flecht auff dein Haar / vnd zerz es auß geschwindt /
Zerz auß dein gelbes Haar vnd schlag es in den Windt.
Dann die vnmilde Paereen die haben abgeschnitten
Die Lebens-Webe / aber es halffe ganz kein bitten /
Ach der Rechren Zierde / ist das nicht grosses Lender /
Den Lehrer beyder Rechm / die Kron der Billigkeit.
Ach Lockammer hie ligt im kühlen Grundt begraben /
Themis beklagte dich / kan sich kaum mehr erlaben.
Apollo, die neun Musen / vnd Pallas trawren sehr /
Ja Pallas wolte sich nicht trösten lassen mehr.
Ach Lockammer du ligt / spricht Themis die betrübe /
Mein höchste Zierd / mein Frewd / mein Kron / die ich sehr liebte /

Tod

Tod bist du vnd lebst doch noch in der ganzen Welt/
In Zungen der Gelehrten/ O du Rechtsens Held.
In Schulen lebest du/ beandt ist auch dein Namen
In allen Büchern/ die du mit fleiß zusammen
Geschrieben vnd gelesen mit selbst eygner Hand/
So lang das Recht regiert/ bleib er allzeit beandt.

Hans Ulrich Dürr.

NE quis miretur **LOCAMERUM** fata lubille,
Ne quis cum fato sic periisse patet:
Corpus obittantum, mens caeli recta pererrat,
Fama solet toto, qua patet, orbe cani,
Sic etiam, quisquis fuerit, cadet impete fati:
At bene si vivunt famaq; mensq;, fat est.

Johann. Scrintzius, Arg.

Testa Philistarum columen dum inclinat utrumque
Samsonis ingenti robore celsa ruunt.
BITSCHIVS & LOCAMER duplex tibi lapsa columna est
Argyropo: vereor ne cadat ipsa Themis,

Joannes Schmidt, Argent.

INsignis quibus extiteris virtutibus, atque
Quantum praestiteris commoditatis opus.
Incola terrenus loquitur, tua fama perennis
Te figit caelo, nec sinitasque mori.
Qui vel iustitiam discunt, quaerunt vel omissam,
Luctifonante tuam fronte queruntur opem.
Non mihi jam mens est, nec suppetit ulla facultas,
Ut possem digne tot suadona sequi.
Perspectum satis hoc aetati, quae modo fertur,
Et tua facta melos posteritatis erunt.

Dn. Cognato suo desideratiss. scr. mœsiss.

Joh. Melchior Bitsch, Argent.

F I N I S.

Univ. Bibl.
München